

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXVIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo XXXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

sciebat esse ibi quosdam credituros, & ideo dixisse tu quis es, ut scirent quid illum credere deberent, respondit, principium non tamquam diceret, principium sum, sed tamquam diceret, principium me, credite, quod in sermone greco ut dixi euidenter apparuit ubi feminini generis est principium, uelut si uellat dicere se esse ueritatem, & dicentibus tu quis es, responderet ueritatem, cum uideatur ad id quod dictum est, tu quis es, respondere debuisse ueritas, id est ueritas sum, sed aliter respondit, cum uideret eos ita dixisse, tu quis es, ac si dicerent, quoniam abste audiuimus, nisi credideritis quia ego sum, quid te esse credimus, ad hoc respondit, principium, tamquam diceret, principium me credite, & addidit, qui, & loquor uobis, id est quia humilis propter uos factus ad ista uerba descendit, nam si principium sicut est ita maneret apud patrem, ut non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intellegibile uerbum sine uoce sensibili audire non possent, ergo inquit credite me esse principium, quia ut credatis non solum sum, sed & loquor uobis, sed de hac re iam multum est loqui uobis, placeat itaque, caritati uestrae, ut quod restat illo adiuuante seruemus crastino reddituri. **EXPLICIT SERMO XXXVIII INCIPIT XXXVIII AB EO QUOD DICTUM EST. MULTA HABEO DE UOBIS LOQUI ET IUDICARE, SED QUI MISIT ME UERAX EST, USQUE AD IOUBI LIT, ET NON COGNouerunt QUI PATREM EIS DICEBAT Dñs.**

**V**erba dñi nostri ihu xpi quae habuit cum iudaeis, ita moderans loquebamur suam ut & caeci non uiderent, & fideles oculos aperirent, quae hodie de scō euangelio recitata sunt, ista sunt, dicebant ergo iudaei, tu quis es, quia dixerat supra dñs, nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris, ad hoc ergo illi, tu quis es, ueluti quaerentes nosse in quem deberent credere, ne in suo peccato morerentur, respondit dicens tu quis es, & ait, principium qui & loquor uobis, si se dixit dñs esse principium, quaeri potest utrum & pater principium sit, si enim filius principium est qui habet patrem, quanto facilius intellegendus est dñs pater esse principium, qui habet quidem filium cui pater sit, sed non habet de quo sit, filius enim patris est filius, & pater utique filii pater est, sed dñs de dō filius dicitur, lumen de lumine filius dicitur, pater dicitur lumen sed non de lumine, pater dicitur dñs, sed non de dō, si ergo dñs de dō, lumen de lumine principium est, quanto facilius intellegitur principium, lumen de quo lumen, & dñs de quo dñs, uidetur itaque, absurdum carissimi ut filium dicamus principium, & patrem principium non dicamus, sed quid agemus, numquid

duo erunt principia. cauendum est hoc dicere; Quid ergo si & pater prin-  
 cipium & filius principium. quomodo non duo principia. quomodo dicimus  
 patrem dñm & filium dñm. nec tamendicimus duos deos; nefas est enim di-  
 cere duos deos. nefas est dicere tres deos. & tamen qui pater est non est fi-  
 lius. qui filius est non est pater. sp̄s autem sc̄s patris & filii sp̄s nec pater est  
 nec filius; quamuis ergo sicut aures catholice sunt erudite in gremio matris  
 ecclesie. nec ille qui est pater sit filius. nec ille qui est filius sit pater. nec sp̄s  
 sc̄s patris & filii sit uel filius uel pater. tres deos tamen esse non dicimus. quā-  
 uis de singulis si quaeratur. necesse est de quocumq. interrogati fuerimus  
 dñm esse fateamur. & absurda ista uidentur hominibus solita trahentibus ad  
 insolita. uisibilia ad inuisibilia. creaturam comparantibus creatori. Interrogat  
 enim nos aliquando infideles & dicunt. patrem quem dicitis. dñm dicitis. res-  
 pondemus. dñm; filium quem dicitis. dñm dicitis. respondemus. dñm; sp̄m sc̄m que  
 dicitis. dñm dicitis. respondemus. dñm; Ergo inquit. pater & filius & sp̄s sc̄s  
 tres sunt di; respondemus. non. turbantur. non inluminantur. cor clausum  
 habent. quia clauem fidei non habent; Nos ergo fr̄i fide praecedente quae sa-  
 nat oculum cordis nr̄i. quod intellegimus. sine obscuritate capimus. quod n̄  
 intellegimus. sine dubitatione credamus. a fundamento fidei non recedamus.  
 ut ad culmen perfectionis ueniamus; D̄s est pater. d̄s est filius. d̄s est sp̄s sc̄s.  
 & tamen pater non est qui filius. nec filius est qui pater. nec sp̄s sc̄s patris & filii  
 sp̄s aut pater est aut filius. trinitas unus d̄s. trinitas una aeternitas. una potes-  
 tas. una maiestas; Tres. sed non di; non mihi calumniator respondeat. quid  
 ergo tres. si enim tres ut oportet dicat quid tres; respondeo. pater & filius &  
 sp̄s sc̄s. ecce inquit tres dixisti. sed quid tres exprime. immo tu numeras. n̄  
 ego compleo tres. cum dico pater & filius & sp̄s sc̄s; id enim quod pater ad se est  
 d̄s est. quod ad filium est pater est. quod filius ad se ipsum. d̄s est. quod ad patrem  
 est filius est; ista quae dico potestis de similitudinibus agnosceste cotidianis; ;  
 homo & alter homo si ille sit pater. ille filius. quod homo est. ad se ipsum est. qđ  
 pater est ad filium est. & filius quod homo est. ad se ipsum est. quod autem filius  
 est. ad patrem est; pater enim nomen est dictum ad aliquid. & filius ad aliquid.  
 sed isti duo homines sunt; at uero pater d̄s ad aliquid est pater. id est ad filium.  
 & filius d̄s ad aliquid est filius. id est ad patrem. sed non quomodo illi duo homi-  
 nes sunt. sic isti duo di; quare hoc non ita est ibi. quia illud aliud. hoc autem  
 aliud est. quia illa diuinitas est; est ibi aliquid ineffabile. quod uerbis explica-  
 ri non possit. ut & numerus sit. & numerus non sit; uidet enim si non quasi ap-  
 par & numerus. pater & filius & sp̄s sc̄s trinitas. si tres. quid tres. deficit nume-  
 rus; ita d̄s nec recedit a numero. nec capitur numero; quia tres sunt. tamquam

est numerus. si quaeris quid tres. non est numerus; unde dictum est; mag-  
 nus dñs dñs n̄r, & magna uirtus eius, & sapientia eius non est numerus; ubi co-  
 gitare coeperis. incipis numerare. ubi numeraueris. quid numeraueris non  
 potes respondere; pater pater est. filius filius est; sp̄s sc̄s sp̄s sc̄s est; quid  
 sunt isti tres. pater & filius & sp̄s sc̄s. non tres di; non; non tres omnipoten-  
 tes. non; non tres mundi creatores. non; ergo omnipotens pater; omnipotens  
 plane; ergo & filius non omnipotens; plane & filius omnipotens; ergo sp̄s  
 sc̄s non omnipotens. & ipse omnipotens; Tres ergo omnipotentēs. non. sed  
 unus omnipotens; hoc solo numerum insinuant quod adiuuicem sunt.  
 non qđ ad se sunt; quia enim dñs pater ad se est. dñs simul cum filio & sp̄u sc̄o  
 non sunt tres di; quia ad se est omnipotens. simul cum filio & sp̄u sc̄o non sunt  
 tres omnipotentēs; quia uero non ad se est pater. sed ad filium. nec filius ad se  
 est sed ad patrem. nec sp̄s ad se. in eo quod dicitur sp̄s patris & filii non est quid  
 dicam tres. nisi patrem & filium & sp̄m sc̄m unum dñm. unum omnipotentem.  
 ergo unum principium; accipe aliquid de scripturis sc̄is unde hoc quod dici-  
 tur. ut cumq. capitis; postea quam dñs n̄r ih̄s xp̄s resurrexit & cum uoluit  
 ascendit in caelum. decem diebus illic impl̄is misit inde sp̄m sc̄m. quo impl̄i  
 qui aderant in condauu uno. omnium gentium linguis coeperunt loqui; miracu-  
 lo exterriti dñi interfectores. compuncti doluerunt. dolentes mutati sunt. mu-  
 tati crediderunt. accesserunt corpori dñi. id est numero fidelium tria milia  
 hominum; item alio facto quodam miraculo accesserunt alia quinq. milia. fac-  
 ta est plebs una non parua. in qua omnes accepto sp̄u sc̄o quo amor spiritalis  
 accensus est. caritate ipsa & feruore sp̄s in unum redacta. coeperunt in ipsa so-  
 ciatate uendere omnia quae habebant. & pr̄cia ponere ad pedes aposto-  
 lorum. ut distribueretur unicuiq. sicut cuiq. opus erat. & hoc de illis scriptu-  
 ra dicit quod erat eis anima una & cor unum in dñm; attendite ergo fr̄s. &  
 hic agnoscite mysterium trinitatis. quomodo dicamus & pater est & filius est  
 & sp̄s sc̄s est & tamen unus dñs; ecce illi tot milia erant. & cor unum erat. ecce  
 tot milia erant. & una anima erat; sed ubi. in dño. quanto magis ipse dñs; Numquid  
 erro in uerbo quando dico duos homines duas animas. aut tres homines tres  
 animas. aut multos homines multas animas. recte utiq. dico; accedant ad dñm.  
 una anima est omnium; si accedentes ad dñm multae animae per caritatē  
 una est anima. & multa corda unum cor. quid agit ipse fons caritatis in patre  
 & filio. nonne ibi magis trinitas unus est dñs. inde enim nobis caritas uenit de  
 ipso sp̄u sc̄o. sicut apostolus dicit; caritas di diffusa est in cordibus n̄ris per sp̄m  
 sc̄m quidatus est nobis; si ergo caritas di diffusa est in cordibus nostris per  
 sp̄m sc̄m quidatus est nobis. multas animas facit unam animam. & multa

corda facit cor unum: quanto magis pater & filius & sp̄s sc̄i d̄s unus lūm  
 unum. unumq; principium; Audiamus ergo principium quod loquitur  
 nobis; multa inquit habeo de uobis loqui & iudicare; meministis quod ait  
 ego non iudico quemquam; ecce modo dicit. multa habeo de uobis loqui &  
 iudicare. sed aliud est non iudico. aliud non habeo iudicare; non iudico dixit  
 ad praesens. Uenerat enim ut saluar̄ & mundum. non ut iudicār̄ mundū;  
 quod autem dicit. multa habeo de uobis loqui & iudicare. iudicium futurum  
 dicit; ideo enim ascendit. ut ueniat iudicare uiuos & mortuos; nemo iustus  
 iudicabit. quam qui iniuste iudicatus est; multa inquit habeo de uobis loqui  
 & iudicare. sed qui me misit uerax est; uide & quem admodum patri & glo  
 riam aequalis filius; exemplum enim nobis praebet. & tamquam in cordibus  
 nostris loquitur; O homo fidelis si euangelium meum audis. dicit tibi d̄s  
 d̄s tuus. ubi ego in principio uerbum d̄s apud d̄m. aequalis patri. coaeternus  
 gignenti. do gloriam ei cuius sum filius. quomodo tu superbus es aduersus  
 eum cuius es seruus. multa inquit habeo de uobis loqui & iudicare. sed qui me  
 misit uerax est; tamquam diceret; ideo uerum iudico. quia filius ueracis ueri  
 tatis sum; pater uerax. filius ueritas; quid putamus esse amplius. cogitemus si  
 possimus. quid est amplius. uerax. an ueritas; de quibus quaeramus. pius ho  
 mo. sed plus est ipsa pietas; pius enim a pietate. non pietas a pio; potest enim eē  
 pietas. sed si ille qui pius erat factus est impius. ipse perdidit pietatem. pietati  
 nihil abstulit. quid item pulcher & pulchritudo. plus est pulchritudo quam  
 pulcher; pulchritudo enim facit pulchrum. non pulcher fecit pulchritudine.  
 castus & castitas; castitas plane plus est quam castus; si enim castitas non esset.  
 unde esset iste castus. non haberet; si autem noluerit esse castus. castitas inte  
 gra perseuerat; Si ergo plus pietas quam pius. plus pulchritudo quam pulcher.  
 plus castitas quam castus. Numquid dicitur sumus. plus ueritas quam uerax.  
 si hoc dixerimus. filium incipiemus dicere patre maiorem; ait enim aper  
 tissime ipse d̄s; ego sum uia & ueritas & uita; Ergo si filius ueritas. pater quid  
 nisi quod ait ipsa ueritas. qui me misit uerax est. filius ueritas. pater uerax;  
 quid plus sit quaero. sed aequalitatem inuenio; uerax enim pater non ab  
 ueritate uerax est. cuius partem coepit. sed quam totam genuit; uideo plu  
 rius esse dicendum. & certe ne uos diu teneam. hodie huc usq; tractetur; cum  
 finiero quod uolo dicere adiuuante dō. sermo claudatur; hoc ideo dixi ut in  
 tentos uos facerem; omnis anima q̄n̄m res est mutabilis. & quamuis mag  
 na creatura. tamen creatura. quamuis cor posse melior. tamen facta. omnis  
 ergo anima q̄n̄m mutabilis est. hoc est modo credit. modo non credit. modo  
 uult. modo non uult. modo ad altera est. modo casta. modo bona. modo mala.

mutabilis est. Dñs autem hoc quod est est. ideo proprium nomen sibi tenuit. ego sum qui sum. hoc & filius dicendo. nisi credideritis quia ego sum. ad hoc pertinet. & tu quis es. principium; Dñs igitur incommutabilis est. anima mutabilis; quando capit anima ex dō unde sit bona. participando fit bona. quomodo tuus oculus participando uidet; nam lumine subtracto non uidet. cuius particeps factus uidet; quia ergo anima participando fit bona. si mutata esse coeperit mala. bonitas manet cuius erat particeps bona. bonitatis enim cuiusdam particeps facta est cum bona esset. quae mutata in peius. integra bonitas permanet; si recedat anima & mala fiat. non minuitur bonitas. si reuertatur & bona fiat. non crescit bonitas; factus est oculus tuus particeps lucis huius. & uides. clausus est hanc lucem non minuisisti. apertus est. hanc lucem non auxisti. hac data similitudine fr̄s intellegite. quia si pia est anima. est pietas apud dñm cuius sit particeps anima. si est casta anima. est castitas apud dñm cuius est particeps anima. si est bona anima. est bonitas apud dñm cuius est particeps anima. si est uerax anima. est ueritas apud dñm cuius est particeps anima. cuius particeps si non fuerit anima. omnis homo mendax. si omnis homo mendax. nullus homo de suo uerax; pater autem uerax. de suo est uerax. quia genuit ueritatem; aliud est uerax est homo iste. quia iam percepit ueritatem. aliud est uerax dñs. quia genuit ueritatem; ecce quomodo uerax est dñs. non participando. sed generando ueritatem; uideo uos intellexisse. & gaudeo. sufficiat uobis hodie. cetera quando dño placuerit. sicut donauerit exponemus. **EXPLICIT SERMO XXXVIII.**

**INCIPIT XL AB EO LOCO UBI DICTUM EST DIXIT ERGO EIS CUM EXALTAUERITIS FILIUM HOMINIS. USQ. AD ID QUOD AIT. HAE CILLO LOQUENTE MULTICREDOIDERUNT IN E**

**D**e scō euangelio secundum iohannem quod gestare cum nos uidetis in manibus. iam multa audiuit caritas uestra. quae dō donante sicut potuimus disputauimus. commendantes uobis maxime istum euangelistam de dñi diuinitate. secundum quam aequalis est patri & filius unicus dī loqui elapsisse. & propterea aquilae comparatum. nulla quippe auis altius uolante perhibetur; pro inde quae ex ordine subsequuntur. sicut ea dñs tractari donauerit. intentissime audite; loquuti sumus uobis de praecedente lectione. insinuantes quomodo intellegatur. pater uerax. filius ueritas; Cum autem dixisset dñs ih̄s. uerax est qui emisit. non intellexerunt iudaei quod de patre illis diceret. & ait illis quomodo cum legeretur audistis; cum exaltaueritis filium hominis. tunc cognoscetis quia ego sum. & a me ipso facio nihil. sed sicut docuit me pater